



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 30. Protestatio contra Comitem Armeniacum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

nientibus Constantiam, statim fiat unio eo-  
rumdem ad Concilium (sic per ejus obedien- Sæcul. XV.  
tiam, ut præfertur, nuncupatum) pro facien- A. C. 1417.  
do unum universale Concilium. Quo abso-  
luto Ludovicus de Valleleti acta unionis  
legit, & Archiepiscopus Mediolanensis vi-  
cissim eidem respondit, Cardinale Viva-  
riensi nomine totius Synodi subjungente,  
placet. Iisdem ritibus facta est unio Hen-  
rici Castellæ regii Principis, & Magni Ma-  
gistri Ordinis Equitum D. Jacobi, qui suos  
Procuratores ad Synodum miserat. Post-  
ea hymnus *Te Deum*, cantabatur, &  
Cardinalis Vivariensis Præsidis locum te-  
nebat, demum solitis cæremoniis inchoa-  
ta sessione, Capitula Narbonnensia sole-  
niter confirmabantur, quæ se servaturam  
universa Synodus jurejurando promitte-  
bat,

### §. XXX.

#### *Protestatio contra Comitem Arme- niacum.*

Præstito hoc sacramento Henricus de Monterelet  
Piro Promotor, nomine Imperatoris, Vol. I. p.  
elata voce dixit: Si quis Principis & Co-<sup>251.</sup>  
mitis Armeniaci mandatarius adefset, li-  
bere loqui posset, ad quæ Geronius Can-  
cellarius assurgens dixit, Legatos Regis  
Galliae habere schedulam, ex qua hunc  
Comitem vestigia Caroli VI. sequi pla-

Sæcul. XV. num esset; respondit autem Promotor no-  
 A.C. 1417. mine Cæsaris; declaratione Gersonii Co-  
 mitem Armeniacum non satis obstringi,  
 cum proprium ipsius mandatum defi-  
 ceret. Ad quod idem Promotor publi-  
 ce Comiti refragatus est, eoquod Sacra-  
 mentum, quo se Narbonnense pactum ob-  
 servaturum promiserat, non adimpleve-  
 rit. Habito sermone per Dominicanum  
 de Valleleti, sessio finita est.

## §. XXXI.

*Oratio de reformanda Ecclesia.*

*Vonder  
Hardt to. I.  
part. 16. p.  
823.*

Imperator junctis Germanorum, & An-  
 glorum studiis Ecclesiæ reformatio-  
 nem Electioni Papæ præmittendam esse,  
 constanter tenuit, contrariam sentientibus  
 Cardinalibus, Italos, Gallis, atque Hispa-  
 nis. Hunc in finem quidam Doctor, no-  
 mine Stephanus de Praga (forte hic non  
 erat aliis quam Stephanus Paletz) die vi-  
 gesima septima Junii de Reformatione  
 orationem habuit, in qua satis libere ex-  
 posuit, quam necessaria esset Ecclesiasti-  
 cæ disciplinæ restauratio; demum Cleri-  
 corum vitia præcipue Simoniam prolixo  
 sermone infectatus est, adhortans Patres,  
 ut Pontificis electione non exspectata, re-  
 formationi operam darent. Hæc oratio  
 Cardinales, qui contrariam fovebant opi-  
 nionem, non parum irritavit. Quapropter  
 Itali,